INCIP REGVLAE ANCYRANI CONCILIO.

ISTAE REGULAE PRIORES

quidem sunt nicenis· sed ideo nicene prius scripte sunt propter auctoritatem eiusdem magni sci quae concilii. congregati apud nicenam· DE PRAESBYTERIS QUI IMMOLAUERUNT TEMPORE PERSECUTIONIS

I Praesbyteros immolantes & iterum luctamen adeuntes. si hoc non per inlusionem aliquam sed ex ueritate fecerunt. Nec ante parentes & affectantes atque suadentes ut extimentur quidem tormentis aptari· sed his usitantum & habitu subici. hos placuit honorem quidem retinere propriae sedis· Offerre uero aut alloqui populum aut omnino sacerdotalibus fungi officiis non licere. DE DIACONIS QUI IMMOLAUERUNT·

III Diaconi similiter qui immolauerunt honorem quidem habeant cessent uero ab omni sacro ministerio siue a pane siue a calice offerendo uel predicando· Quod siquidem episcoporum conscii sunt laboris eorum & humilitatis & mansuetudinis & uoluerint eis aliquid amplius tribuere uel adimere faciens ipsis erit potestas· DE HIS QUI EX FUGA CONPHENSIS EI PER UIM PAGANI RITUS ALIQUID PERTULERUNT

III Qui fugientes conprehensi sunt uel a domesticis traditi uel ademptas facultatibus sustinuere tormenta aut in custodiam trusi proclamauerunt se xpianos esse. & eo usque adfricta sunt aut manus eorum conprehendentes uiolenter adtraherent. & funestas sacrificiis ammouerent. Aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur. Confitentes iugiter se & luctum rei quae contigit incessabiliter ostendentes. Omni deiectione & habitu & humilitate uitae hos uelut extra dilectum constitutus a communionis gratia non uetari. si uero prohibitas ab aliquibus propter ampliorem cautellam. uel propter quorundam ignorantiam statim recipiantur. hoc autem similiter & de clericis & de ceteris laicis obseruare conuenit. Perquisitum est autem & illud si possunt etiam laici qui in has necessitates & angustias inciderunt ad clericatus ordinem promoueri. Placuit ergo & hos tam quam qui nihil peccauerint si & praecedens eorum uita probabilis sit ad hoc officium prouehi.

DE HIS QUI DIUERSIS CAUSIS GENTILITATIS RITUS ALIQUID PEREGERUNT

IIII De his qui sacrificare coacti sunt insuper & cenauerunt in idolio. Quicumque eorum cum ducerentur letiores habitu fuerunt & uestimentis pretiosioribus usi sunt. Et preparatae cenae indifferenter participes extiterunt. Placuit eos inter audientes uno anno consistere succumbere uero tribus annis. In oratione autem communicare biennio. & tunc ad perfectionis gratiam peruenire. Quotquot autem ascenderunt templa

ueſte lugubri & recumbenteſ per omne tempuſ fleuere
diſcubitur. Si conpleuerint paenitentiam trienni temporiſ
ſine oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducauer'
biennio ſubiecti paenitentiae. Tertio autem anno ſine
oblatione communicent ut perfectionem quadriennio con
ſequantur. Poeneſ epiſ autem erit poteſtaſ modum conuerſioniſ
eorum probanteſ uel humaniuſ erga eoſ agere uel ampliuſ
tempuſ adicere. Ante omnia uero p̄cedenſ eorum uita & poſterior
inquiratur & ita eiſ impertiatur humanitaſ. DE HIS
QUI TIMORE RITUS GENTILI
UM PEREGERUNT

V Dehiſ qui miniſ tantum ceſſa rerunt poenarum aut priuatione
facultatum territi. Aut demigratione ſacrificauerunt &
actenuſ paenitudiniſ neglegenteſ neque conuerſi. Num
huiuſ concilii tempore ſe m& obtulerunt conuerſioniſ ſuae
conſilia capienteſ. Placuit uſque ad magnum diem eoſ inter
audienteſ ſuſcipi. Et poſt magnum diem triennio paenitentiam
agere. Et poſtmodum duobuſ anniſ ſine oblatione communicare.
Et tunc demum ſex anniſ conpleciſ ad perfectioniſ gratiam
peruenire. Si uero quidam ante hanc ſynodum ſuſceptaſ ad
paenitentiam ex illo tempore initium eiſ ſexenni conputetur.
Si quod autem periculum uel mortiſ expectatio aut ex infir
mitate aut ex aliqua occaſione contigerit. Hiſ ſub difinitione
ſtatuta communio non negetur. DE HIS QUI
IN LOCIS IDOLORUM MAN
DUCAUERUNT

VI· Dehiſ qui feſtiſ diebuſ gentilium inremotiſ eorum locis
conuiuia celebrarunt· Cyboſque proprioſ deferenteſ
ibidem comederunt· Placuit poſt penitentiam bienni eoſ
ſuſcipi· utrum uero cum oblatione ſinguli epiſcoporum
probanteſ uitam eorum & ſingulorum actuſ examinent·

DE HIS QUI FREQUENTER IDOLIS IMMOLAUERUNT·

VII Hi qui ſecundo & tertio ſacrificauerunt coacti· Quattuor
anniſ penitentiae ſubiciantur· Duobuſ autem anniſ aliiſ
ſine oblatione communicent· Et ſeptimo anno perfecte
recipiantur· DE HIS QUI ETALIIS SACRIFICANDI CAUSAS ADTULERUNT

VIII Quot quot autem non ſolum ipſi deuiauerunt ſed & iam inſurre
xerunt & conpulerunt & conpulerunt fratreſ & cauſaſ
praebuerunt ut cogerentur· hi per triennium quidem locum
inter audienteſ accipiant· Per aliud uero ſexennium poenitentiae
ſubiciantur actiori & alio anno communionem ſine oblatione
percipiant· Ut perfectionem expleto decennio conſequantur·
Inter haec autem & eorum uita penſenda eſt· DE DIA
CONIS QUI TEMPORE ORDINATIONIS
DE NUPTIIS ADTESTATI SUNT

VIIII· Diaconi quicumque ordinantur inipſa ordinatione
proteſtati ſunt & dixerunt uelle ſe coniugio copulari· Quia
ſic manere non poſſunt· Hi ſi poſt modum uxoreſ duxerint
in miniſterio maneant propterea quod eiſ epſ licentiam
dederit· Quicumque ſane tacuerunt & ſuſceperunt·

manuſ inpoſitionem profeſſi continentiam · & poſtea nuptiiſ obligati ſunt a miniſterio ceſſare debebebunt.

DE DISPONSATIS PUELLIS ET AB ALIIS CORRUPTIS

X De ſponſataſ puellaſ & poſt ab aliiſ raptaſ. placuit erui & eiſ reddi quibuſ ante fuerant deſponſate etiam ſi eiſ a raptoribuſ uiſ inlata conſtiterit.

DE HIS QUI EUM ESSENT CATHECUMINI IDOLIS IMMOLAUERUNT

XI Eoſ qui ante baptiſma ſacrificauerunt idoliſ · & poſtea baptiſma conſecuti ſunt · placuit ad ordinem prouehi quod probentur abluti ·

QUOD NON OPORTEAT CHOREPS CLRS ORDINARE · NISI IN AÇRIIS ET UILLULIS.

XII Chor epiſ non licere & praeſbyteroſ aut diaconoſ ordinare. ſed nec prbiſ ciuitatiſ ſine praecepto epi uel litteriſ in unaquaque parroecia aliquid agere ·

DE HIS QUI AESUM CARNIUM IN CLERO CONSTITUTI DEFFUGIUNT

XIII Hi qui in clero ſunt praeſbyteri & diaconi & a carnibuſ abſtinent · placuit eaſ quidem contingere & ita ſi uoluerint continere · quod ſi in tantum eaſ abominantur ut nec olera quae cum eiſ coquuntur exiſtiment · comedenda tamquam non conſentienteſ regule ab ordine ceſſare debebunt ·

DE REBUS ECCLESIASTICIS EO TEMPORE DISTRACTIS QUO

IPSE ECCLESIAE UIDUANTUR EPISCOPIS.

XIIII. Debis quae pertinent adecclesiam quaecumque cumnon esset epi presbyteri uendiderunt. placuit rescisso contractu adiura ecclesiastica reuocari. Iniudicio autem erit epi. si pretium debeat recipi necne quia plerumque rerum distractarum reditus amplius summam pro pretio dato reddiderit. **DE HIS QUI FORNICANTUR INRATIONABILITER. ID EST QUI MISCENTUR PECORIBUS AUT CUM MASCULIS POLLUUNTUR.**

XV. Debis qui inrationabiliter uersati sunt siue uersantur. Quotquot ante uicesimum annum tale crimen commiserint quindecim annis exactis inpenitentia communione mereantur orationum. Deinde quinquennio inhac communione durantes. Tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem et uita eorum qualis tempore poenitudinis extiterit. Et ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his herese criminibus ad agendam poenitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta uiginti annorum aetate et uxores habentes hoc peccato prolapsi sunt. uigi quinq: annis poenitudinem gerentes incommunionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes. Tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui et uxores habentes et transcendentes quinquagesimum annum aetatis ita deliquerint adexitum uitae communionis.

gratiam consequantur. DE HIS QUI IN PECUDES UEL IN MASCULOS AUT OLIM POLLUTI SUNT AUT ACTENUS HOC UITIO TABESCUNT.

XVI. Eos qui inrationabiliter uixerunt & lepra iniusti criminis alios polluerunt praecepit scā synodus inter eos orare qui spū periclitantur inmundo. DE HIS QUI AD EPISCOPATUM PROMOTI SUNT NEC RECEPTI.

XVII. Si qui epī ordinati sunt nec recepti ab illa parroecia in qua fuerant denominati uoluerint q: alias occupare parroecias & cum p̄sulibus earum inferre seditiones aduersus eos excitando hos abici placuit quos si uoluerint in presbyterii ordine ubi prius fuerint ut prb̄y residere non abiciantur propria dignitate. si autem seditiones commouent ibidem constitutis episcopis. Praesbyterii quoq: honor talibus auferatur fiantque damnatione notabiles.

DE HIS QUI UIRGINITATEM PROFESSI SUNT ET DE HIS QUAE SUB SORORIS HABITU CUM ALIQUIBUS COMMORANTUR

XVIII. Quot quot uirginitatem promittens irritam faciunt sponsionem inter bigamos censeantur. Uirgines autem quae conueniunt cum aliquibus tamquam sorores habitare prohibemus. DE HIS QUI ADULTERAS HABENT UXORES UEL SI IPSI ADULTERI CONPROBANTUR

XVIIII. Si cuius uxor adultera fuerit uel si ipse adulterium commiserit septem annorum poenitentia oport& eum perfectionem consequi secundos prisanos gradus.

DE HIS QUI PARTOS SUOS EX FORNICATIONE
DIUERSIS MODIS INT̄IMUNT

XX· Demulieribuſ quifornicantur &partoſſuoſ necant·
uelque agunt ſecum· ututero conceptoſ excutiant·
Antiqua quidam definitio uſque adexitum uitę eaſab
eccleſia remouet· humanius autem nuncdefinimuſ· uteiſ
decem annorumtempuſ ſecundum praefixoſ graduſ poeni
tentiae largiamur· DE HOMICIDIIS

XXI Quiuoluntariae homicidium fecerint paenitentiae quidem
iugiter ſeſummittant· perfectionem uero circa uitae
exitum conſequantur· DE HIS QUI NON
SPONTE HOMICIDIUM COMMISERUNT·

XXII· Dehomicidiiſ non ſponte commiſſiſ prior quidem definitio
poſt ſeptemnem penitentiam perfectionem conſequi p̄cepit·
ſecundauero quinquennii tempuſ explere· DE HIS
QUI DIUINATIONES EXPETUNT·

XXIII· Quidiuinationeſ expetunt &more gentilium ſubſequuntur·
Aut indomuſſuaſ huiuſcemodi homineſ introducunt· ex
quirendi aliquid artemalefica autexpiandi cauſa ſubregula
quinquennii iaceant ſecundum graduſ penitentiae definitoſ·
DE HIS QUI UIRGINUM COR
RUPTIONIBUS CONSCII SUNT·

XXIIII. Quidam ſponſam habenſ ſororem eiuſ uiolauit &grauidam
reddidit· poſtmodum deſponſatam ſibi duxit uxorem
illauero quae corrupta eſt laqueo ſe peremit· hiqui
fuerunt conſcii poſt decennem ſatiſfactionem iuſſiſunt·

ſuſcipi ſecundum gradus paenitentiae constitutos·

ET SUBSCRIPSERUNT· XVIII·

EPISCOPI QUI IN EODEM CONCILIO CONUENERUNT·

VITALIS ANTIOCHENUS·

Marcellus· anquiranus· Agricolaus· ceſarienſis·
Lupus· de tarſo· Baſilius· amnenſis· Filadelfius·
elopolitanus· Euſtolus· nicomedenſis· Heraclius·
zelonenſis· Petrus· Iconenſis· Nunechius· Laodicenſis·
Sergianus· anthiochenſis· Epidaurius· piſidienſis·
Narciſſus· pergenſis· Leontius· nerodianenſis·
Longinus· dicaſionenſis· Acſeon· alfios· Selaos· germanos·

EXPLICIUNT CANONES CONCILII ANCYRANI··

INCIPIUNT CANONES CONCIL NEOCESARIENSE·

INCIP REGULAE PROLATAE

in ſynodo neoceſarienſi numero· XIIII· & haec regule
poſteas quidem probantur eſſe quae apud ancyram uel
ceſaream expoſite ſunt· ſed niceniſ anteriores repperiuntur·

DE PRESBYTIS QUI UXORES ACCEPER UEL FORNICATI SUNT·

Praesbyter ſi uxores acceperit ab ordine deponatur·
ſi uero fornicatus fuerit aut adulterium perpetrauerit
amplius pellideb& & ad penitentiam redigi·

DE HIS QUAE DUOBUS FRATRIB: NUPSERINT UEL QUI DUAS SORORES UXORES ACCEPERINT